Epistola 251. GULIELMO ANSLARIO IOHANNES COCCEJUS.

Epistola 250. IOHANNI COCCEJO LAURENTIUS VAN VEEN.

Vir Clarissime Praeceptor observande

Gratissimae tuae, cum adjunctis chartis desideratis, redditae mihi sunt;
Libenter te litteras meas legere, libentius lego, utinam crebriores
dare possem! quod partim tuis, partim meis occupationibus praesertim
hoc rerum mearum statu vix fieri potest. Subinde ex aliis raptim
charissimi praeceptoris et studia et fata intelligere, sat habere cogor.
Spero tamen hoc quicquid est jacturae tandem aliquando majore
litterarum assiduitate resarciendum. Ego, etsi aliquando animo quae
quotidie mihi occurrunt, volvens, me torquere necesse habeam, et homi
num studia et molimina religionis et zeli ciparo obvelata, et
mirari et simul deplorare cogar, nihilominus Dei gratia me sustineri
sentio, et animum indies crescere, quo pede coepi, gradum usque et
usque promovendi; quod etiamnum te vapulare ob ἀσυνέτους istis
eorum quae scribis et loqueris lectoribus et auditoribus, intelligo, quan
quam mihi tecum molestum est, minus tamen mirum, quia antiquum
cumque obiter salute tua D. Vogelsangio reddita, auctoris hoc commemora
rem, subridens respondit, petant igitur illuminationem oculorum
mentis. Nunquam, sat scio, hoc in parte [illegible] καὶ [illegible]. hoc
consequentur, ut mihi, aliisque pluribus, Coccejum intelligi non posse
persuadeant, verum contra potius, ea tempora exspecto, ut omnes
eadem quam nos calcamus via, incedant, et ~~simul~~, tum suum tum
aliorum stuporem mirentur simul et detestentur. Aliquando quae
dam a quibusdam militari periculo, nempe praeter obscuritatem, et
periculosa, imo falsa in Coccei scriptis esse: id quod nuper ab Ar
tium Magistro nostro quodam, in museo meo dictum; Ego, postquam
ut soleo, praefatus essem, me ab illorum ingenio abhorrere, qui alicujus
hominis dictum pro norma dicendi habent, et Corinthiorum, imo Ethnicorum
veterum more, ab alicujus nomine denominari gestiunt, placide respon
di, iniquum videri, doctorem honoratum et de Ecclesia meritum et no
men adducere famae et existimationis; nihilominus quoniam fieri posse
intelligerem, ut alius alio perspicacior lynceo ~~ac~~ acumine penetret
quo alius acies non pertingit, forte Coccejum proprii dicti consequen
tiam, quae erronea sit, non vidisse; ideoque rem gratam mihi facturum si
locorum judicet: tum ille in Examine Apologiae se tale quid adnotasse
respondit, posse etiam, si codex ad manus esset, id commonstrare: simul
ego codicem porrigo, cum ille obiter inspecto libro, seque jam Rhodum
pervenisse sentiens, causari coepit, memoria se falli, quae illud quod
velit, nunc non suggerat; caeterum cum domum redierit se statim
locum judicaturum. verum ubi aliquoties frustra hominem monui

eandem literas exhibere. Non fuit res ingenii et
judicii, sed opera attentionis et diligentiae. ne fall. aliud

Suspicari cœpi, à malevolo quodam, nimis credulo Magistro imposit
Si tamen aliquando mihi ostendere, quod promisit animum judicat
occasione se certiorem faciam. Locorum communium editionem jud
tam esse summopere gaudeo, Spero etiam brevi absolvendam. Sed
in octavo an in 4°. ~~[illegible]~~ imprimatur opus, per D. Rehorn obiter
gere possum. Pretium judicatum transmitto, simulque ~~[illegible]~~ grato a
recognoscere me profiteor, quicquid hac in re molestiæ suscipere
volueris.) Si quid unquam, aut hic aut alibi pro Reb: tua exeq
Silvæ Ducis. 10. Nov: 1660 — beatum me tuo mandato profitebor. Vale Vir Clar: et
lectissima familia tranquillam vitam, vive.

Tui Nominis Cul

J. Vander Be

Reverendo, Clarissimo, doctissimoque viro D. Johanni Coccejo SS. Theologiæ Doctori ejusdemque Facultatis Professori in alma Academia

Lugdun. Bat.

met ses gulden.